



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno Christi 1276 Usque Ad Annum 1312

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1766**

**VD18 90118251**

§. 66. Rex Petrus a proscribitur.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67012](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67012)

Sæcul. XIII antea auditum asserens. Exprobrat  
 A. C. 1282. oppressionem Siciliae, exactiones iniquas  
 & violentas, instructas in innocentes spo-  
 liandos calumnias, vitiatas foeminas, de-  
 negatamque justitiam. Extollit jus Re-  
 ginæ conjugis suæ, ac finit per commu-  
 nationes.

## S. LXVI.

*Rex Petrus a Papa proscribitur.*

Interim Papa Monte Flascionis erat. Fe-  
 festum S. Joannis diem relinquere. Ro-  
 mam coactus per turbas a duabus An-  
 baldorum Ursinorumque factionibus con-  
 citatus. Illic die dedicatæ S. Petri Ro-  
 filicæ Romanæ 18 Novembris editi  
 longas contra Petrum Arragonum Re-  
 gem litteras, in quibus Siciliae res a tem-  
 pore Friderici per Innocentium IV in Lug-  
 dunensi concilio exauthorati repetit: re-  
 fert Siciliae seditionem contra Regem  
 Carolum, monitionem die Ascensus Do-  
 mini Urbe Veteri promulgatam, legatio-  
 nemque Cardinalis Gerardi: postea ve-  
 nit ad Regis Petri ingressum in Siciliam  
 quem vocat occupationem injustam, quis  
 jus ad illam, quam sibi per conjugem  
 suam tanquam Manfredi filiam assereret,  
 nullum esset, cum Manfredum ipsum  
 Fridericum ejus patrem hoc regno Roma-  
 na privasset Ecclesia.

Royu. n. 28.

to. II. conc.  
p. 1187.Spicil. to. 2.  
p. 649.

Quo

Quo magis odiosum reddat Petrum, exponit, quomodo Rex Petrus II avus eius Romam venerit coronandus, Papæ Innocentio III fidelitatem juraverit, suum regnum Ecclesiæ Romanæ obtulerit simul & submiserit, tributumque annuum eidem in perpetuum sponderit. Martinus Petrum III perfidiæ arguendi ansam inde sumit; velut etiam ex eo, quod iste in ethnicos ire se simulaverit, ut in Regem Carolum eos impugnandi causa cruce indutum arma sua verteret, non præmissa provocatione, hoc est, non indicto bello. Hinc Papa infert Regem Petrum ac partes ejus incurrisse in censuras monitionis die Ascensus Domini promulgatæ. Quam ob rem illos ab Ecclesia se- junctos, eorumque terras interdicto affectas expresse denunciat, prohibens, ne Petrus Siciliæ Regis titulum sibi vendicet, aut ullam ejus functionem exerceat. Censuras extendit in Imperatorem Michaëlem Palæologum tanquam merito suspectum de suppetiis Regi Petro missis ad invadendam Siciliam; irritas declarat pactiones quaslibet hanc ob expeditionem factas: & minitatur se puniturum omnes ejus participes tam Clericos quam profanos. Denique Petro diem festum Infrantis se Magnæ Matris, aliis remotioribus primum Aprilis, & Palæologo primum Maji præstituit, ac enunciat, nisi

memo-

Sæcul. XIII.  
A.C. 1282.

p. 1191.  
Sup. lib. 76.  
§. 10.

p. 1193.  
Rayn. 1282.  
n. 23.

Sæcul. XIII. memoratum intra spatium Petrus exierat  
A.C. 1282. e Sicilia, ac reliqui Ecclesiæ mandatum  
 se subjecerint, eorum bona occupanda, p  
 p̄sque capiendos quibuslibet a se expo  
 ni, & cunctis prædiis beneficiariis, aliis  
 que bonis, quæ ab Ecclesia habeant, pro  
 vari, illorum vero clientes fiduciariorum  
 juramento fidelitatis absolvi; sequen  
 tum sibi velle jus exuendi Petrum regem  
 Arragonio, & pro ratione criminum po  
 niendi post illud tempus elapsum. Hæc  
 est summa litterarum, quæ promulgatæ  
 sunt Monte Flasconis 18 Nov. 1282.

## §. LXVII.

*Michaël Palæologus moritur. Andronicus Imperator.*

**I**mperator Michaël Palæologus huic sen  
 tentiæ tam brevi superstes fuit, ut ve  
 risimile non sit illum notitiam ejus acce  
 pisse. Joannem Sebastocratorem Principem  
 pemque Thessaliæ pacis secum in Italia vi  
 latorum submissurus, Tartaros trans Danu  
 nubium habitantes advocaverat: & in  
 summum incurrerat vituperium, quod  
 ethnicos accivisset, ut Christianis infer  
 ret arma. Hanc in expeditionem Jul  
 medium Novembrem educens copias jam  
 non bene se habebat: & itinere malum  
 augente Medici eum morti proximum  
 judicabant. At nullo id ei dicere aucto  
 unus

*Pachym. l. 6.  
c. 35.*

*Gregoras  
lib. 5. c. 7.*

*Pachym.  
c. 36.*